

Lec epistole beati paulj apostoli ad ephesios.

Fratres: unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis xpi. propterquod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus: &c reliqua. Ad galatas

Gratiam & misericordiam dni nri ihu xpi. quam generi humano contulit breuiter hic uerbis aplis in lectione replicauit presenti uiraudistis: Ait enim. unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis xpi: iuxta mensuram namque credentium datur gratia spiritalis. tantum muneris suae misericordiae largiens: quantum potest ille cui donatur accipere: propterquod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus: Nos qui nunc in xpm credimus degentibus congregati. cum essemus creatura di a diabolo captiuamur & eius satellitibus distributi: Uenit igitur dns noster ihs xps diuinam maiestatem abscondens in homine. ne a diabolo cognosceretur: predicauit nobis quia diabolo capti fuimus remissionem. & qui in mortis uinculis tenebatur solutionem: sustinens pro hominibus mortem in humanitate. qui in diuinitate mori non potest: & aeternam mortem sua morte deuicit. & de terra resurgens in excelsa celorum hominem quem adsumpsit euexit: scorum animas quae in inferno tenebantur. captiuitate eripuit & ad regna secum celorum perduxit. & credentibus in se hominibus spiritalia dona largitus est: ut ipse aplis alibi docet: Alii sermonem sapientiae. alii sermonem scientiae. alii ueram fidem. alii gratia sanitatum. alii operationem uirtutum. alii prophetia. alii discretionem spirituum. alii genera linguarum. alii quoq; interpretationem sermonem. diuidens singulis prout uult: Quod autem ascendit quid est. nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae: secundum formam scilicet seruj

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0140